



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

15. Abbas an possit monachum præficere alicui Ecclesiæ sæculari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Q U A E S T I O X V.

Abbas an possit Monachum præficere alicui Ecclesiæ Sæculari.

S U M M A R I U M.

1. Statu mutatio spectat ad Episcopum.
2. Monachi non possunt soli capellas inhabitare, possuntque revocari ad nutum Superioris.
3. Monachi possunt ad Ecclesias Sæculares promoveri.
4. Monachus factus Pastor, liberatur de obedientia Abbatis.
5. Quicquid acquirit, Episcopo, non Abbati acquirit.
6. In mixtura Monachationis & Sæcularitatis, utra alteri præponderet?

Videtur quod non: tum quia id non ad Abbatem, sed ad Episcopum officium pertinet, ad quem, non ad Abbatem spectat immutatio status Ecclesiæ. *Hos. c. quod dicitur de statu Monach. Innoc. c. sicut unire de Eccles. Prælat. Hist. cap. possessiones de reb. Eccles. non alien. Archid. c. per venue. 18. qu. 2.* Tum quia Monachi non possunt soli capellis inhabitare, possuntque semper ad superioris nutum revocari, *DD. d. §. ad hoc Fed. de Senis conf. 134. & 136.* quamvis si sine causa revocetur, ipso se Abbati possit opponere. *Idem verò, è contra militaturgens ratio: nimirum, Monachos posse ad Ecclesias Sæculares etiam Parochiales, etiam si sint Episcopales promoveri, promotique liberati sunt à Monasterii jugo, totique subiecti sunt Episcopis, quibus Ecclesiæ sunt subiectæ, latè *Wames. conf. 465. tom. 2. quem vide questionem hanc latè tractantem, vide quoque cap. 1. & 2. dist. 58. c. ne pro consuetudine 16. qu. 1. ca. uno 18. qu. 1. Feder. d. conf. 136. latè *Hof. d. cap. quod Dei de stat. Monach. Jo. Andr. Clem. 1. de elect. quod maxime procedit, cum Monachus ad curam aliquam Pastoralem promovetur: nam tunc ab obedientia Abbatis liberatur, & Episcopi subiicitur potestati, latè *Feder. conf. 134. Jo. à Chol. frater meus in Comment. ad Regulas Cancellaria Reg. 65. nu. 13. eoque casu non remanet Monachus Monasterii, nihilque tunc commune habet cum Monasterio, cap. uno 14. qu. 1. cap. si quis jam translatus 21. qu. 2. de Clem. 1. de statu Monach. cap. 1. de statu Monach. in 6. cap. cum & plantare §. in Ecclesiis, de privileg. in 6. Navarr. conf. 6. m. 3. de testam. Sed omnia ejus acquisita sunt Episcopi, & non pristini sui Abbatis. Navarr. dicto concil. 6. in fin. & com. 2. nu. 38. & com. de Regular. Denique disquiri etiam potest in mixtura duplicis qualitatis, Monachationis & Sæcularitatis, utra præponderat alteri? quæ de re vide Romanum hanc mixturam plena manu tradentem in l. stipulat. nu. 19. 24. & 25. ff. de verb. obligat.****

Q U A E S T I O X V I.

Abbas an suum Monachum possit absolvere ab Excommunicatione lata à Canone?

Federicus de Senis *conf. 14.* fusa in utramque partem dissertatione respondit non posse, & ideo Monachis pro tali absolutione ad Episcopum etiam recurrendum,